



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

**Luxemburgi, MDCCXLII.**

XLIX. Reductio Officiorum Notariorum Sacri Palatii Apostolici.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74833)

Tenor alterius Brevis refertur.

fungebatur, humiliter porrectam litteræ in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 1. Clemens Papa X. Ad perpetuam rei memoriam. Præclara charissimæ in Christo filiæ nostræ Mariannæ Hispaniarum Reginæ Catholicæ in Deum pietas, ac eximia omnique laudum præconio digna erga Gloriosissimam Virginem Deiparam MARIAM devotio, aliæque Christianæ virtutes singulari erga Nos, & hanc Sanctam Sedem observantiæ, & devotioni conjunctæ, quibus bonorum omnium largitor Altissimus eandem Mariannam Reginam multipliciter insignivit promerentur, ut piis illius votis ad augendam in terris ejusdem Beatissimæ, atque Augustissimæ Virginis Cæli Reginæ venerationem tendentibus, Apostolicæ benignitatis assensum libentissimè præbeamus. Cum itaque sicut dilectus filius nobilis Vir Petrus de Aragonia Dux Segorbiæ, & Cardonæ, Regni Neapolis Prorex, & charissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici apud Nos, & Sedem Apostolicam Orator ad præstandam Nobis ejusdem Caroli Regis nomine obedientiam missus, pro parte prædictæ Mariannæ Reginæ Nobis nuper exponi fecit eadem Marianna Regina pro singulari sua erga Sanctissimum MARIE nomen pietate, ejus cultum ubique terrarum in dies propagari, ac proindè Officium de nomine ejusdem Beatissimæ Virginis MARIE cum Lætionibus, & Officio in Toletana Diocesi recitari solitis quotannis 17. Septembris recitandum, ad universum Clerum tam Secularem, quam Regularem utriusque sexus per omnes Provincias, Regna, Status, Regiones, & Dominia ubi locorum dicto Carolo Regi subjecta, à Nobis extendi summopere desideret, Nos piis ipsius Mariannæ Reginæ votis quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere cupientes, supplicationibus ejus nomine Nobis per memoratum Petrum Ducem Proregem, & Oratorem super hoc humiliter porrectis inclinati, petitam extensionem prædicti Officii de nomine Beatissimæ Virginis MARIE quotannis die 17. Septembris recitandi universo Clero tam Seculari, quam Regulari utriusque sexus per omnes Provincias, Regna, Status, Regiones, & Dominia memorato Carolo Regi subjecta, prædicta auctoritate tenore præsentium perpetuò concedimus. Decernentes eandem præsentem literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quancumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis prædictæ Nuncios, sublatæ, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, nec non quatenus opus sit quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut eorundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii

publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 26. Januarii 1671. Pontificatus Nostri Anno Primo.

§. 2. Nunc autem ad augendam fidelium religionem, & animarum salutem cælestibus Ecclesiæ thesauris piâ charitate intenti, piisque memoratæ Mariannæ Reginæ precibus Nobis pro parte prædicti Petri Ducis, & Proregis humiliter porrectis, uberiori paternæ charitatis benignitate annuentes, omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus vere penitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui Missæ solemni in quacumque Ecclesia Provincialium, Regnorum, Statuum, Regionum, & Dominiorum prædicto Carolo Regi subjectorum prædictorum dicta die 17. Septemb. quotannis celebrandæ interfuerint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, piæ ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

§. 3. Cæterum volumus pariter, ut præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 7. Octob. 1671. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Reductio Officiorum Notariorum Sacri Palatii Apostolici.

De horum Notariorum materia plura videre poteris in repertorio verbo Notarii.

CLEMENS PAPA X.

Motu proprio &c.

Romanus Pontifex in supremo dignitatis Apostolicæ culmine Divina disponente clementia constitutus, illud in prima propensio, & indefessis studiis curare, & excogitare, ut nimirum suis etiam futuris temporibus, quod non solum incommodis publicis, sed etiam litigantium expensis, ac defatigationibus in quantum fieri potest consulatur, & obvietur, & illa interdum, quæ a Prædecessoribus suis, temporum & rerum qualitate id tunc exposcente, providè pro Camera nostræ Apostolicæ Jurium, reddituum, & bonorum, recto & firmo regimine, & nonnullorum Sedis Apostolicæ Officialium indemnitate, & majori personarum ad Romanam Curiam pro Justitia consequenda confluentium sublevamine, & commoditate sancita sunt, novis emergentibus rationibus revocare, & immutare, aliæque desuper disponere, & ordinare consuevit, prout rerum, & temporum qualitatibus debite pensatis conspicit in Domino salubriter expedire.

§. 1. Dudum siquidem fel. rec. Sixtus Papa IV. Prædecessor noster postquam per quasdam suas litteras motu proprio, & ex certa scientia Apostolica auctoritate statuerat, & ordinaverat, quod Sacri Palatii Apostolici causarum Auditorum, & eorum Locatenentium numerus, qui tunc quatuordecim erat, ex tunc deinceps duodecim existeret, quodque si, qui supradictum statu-

Concedit ut in rubrica.

Transumptorum fides.

Dat. P. An. 2. die 7. Oct.

XLIX.

Edita An. D. 1671.

Exordium.

Sixtus IV. numerum Auditorum, & Locatenentium reducit.

tum

tum numerum nominatorum Auditorum, & Locatenentium, tales esse deberent, & illorum officia in se ipsis extincta penitus essent, & esse conferentur, illisque aggregari, & ultra dictum duodenarium numerum in Auditorem, vel Locumtenentem admitti nemo posset, prout in dictis litteris plenius continebatur, attendens non minus rectè, quam prudenter, quod si quemadmodum Auditorum, & Locatenentium eorumdem numerus erat proinde limitatus, ita Notarii Causarum ejusdem Palatii coram eisdem Auditoribus, & Locatenentibus scribentes certo determinato numero eorumdem Auditorum, & Locatenentium numero correspondente includerentur, ipsique Collegium constituerent, & Apostolica Sedis Officiales essent, ac in processibus, & aliis publicis actibus, ad quas alii ejusdem Sedis Officiales convocari consueverunt interessent, eorumque officia perpetua existerent, & ex tot proborum, & peritorum Virorum Collegio, Curia prædicta plurimum illustraretur, ipsique Notarii quamdam honoris, & dignitatis prærogativam se affectos fore gauderent, mitioresque in exigendis debitis eorum salariis se litigantibus exhibere valerent, quod eatenus absque eorum detrimento, & quod officia ipsorum magnis cum impensis acquisita temporibus, & brevi quodam tempore peritura erant, facere non potuerant, & exinde litigantes ipsi non modicum reportarent expensarum sublevamen: motu suo proprio, ac irrefragabili, & perpetuo valitura Constitutione sancivit, statuit, & ordinavit, quod de cætero perpetuis futuris temporibus numerus dictorum Notariorum esset quadraginta octo numero, videlicet dictorum Auditorum, & Locatenentium merito correspondens, qui ad instar aliorum Sedis prædictæ officialium Collegium constituerent, quodque ne illi, qui de Officiis Notariorum eorumdem dispendere eatenus consueverant illorum dispositione fraudarentur, aut ad quos ipsorum Officiorum dispendio pertinere debebat, dubium aliquod insurgere valeret, & in futurum ex singulis quatuor officiis singulorum quatuor Notariorum coram singulis ex duodecim Auditoribus, seu Locatenentibus prædictis pro tempore scribentium, unum Romani Pontificis, & aliud Vicecancellarii, aliud verò Camerarii S. R. E. & reliquum Auditoris officia appellarentur, & decedentibus aliquibus ex Notariis prædictis illa ex officiis Notariorum sic decedentium, quæ Romani Pontificis per Romanum Pontificem, quæ Vicecancellarii per Vicecancellarium, ac quæ Camerarii per Camerarium, quæ verò Auditorum officia existissent per Auditores prædictos pro tempore existentes aliis idoneis conferrentur, ac aliàs prout in litteris desuper confectis etiam plenius continetur.

§. 2. Cum autem ad aures nostras non sine gravi animi nostri displicentia pervenerit, quod à longæva annorum ferie Collegium dictorum Notariorum Palatii Apostolici Auditorum ob defectum & diminutionem, non modicam Causarum, litem, & negotiorum &c. temporum injuriis, & calamitatibus provenientem etiam ratione onerum eidem Collegio per piz mem. Paulum Papam V. Prædecessorem nostrum motu simili prævia quarumcumque nonnullorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Constitutionum, officiorum Notariorum hujusmodi scripturas non vacare disponentium revocatione, omnes, & singulas omnium officiorum prædictorum scripturas eatenus factas, & in futurum conficiendas, etiam una cum titulo vacavisse, & vacare debuisse declarando, ex voto tamen tunc Rotæ Auditorum impostorum, aliorumque eisdem Notariatuum officiis incumbentium, annuis, vel mensuris præstationibus per aliquot annos decursis, & forsan non solutis, per eosdem solvi solitis, in

gravissimum dictæ Cameræ, aliorumque interesse habentium præjudicium, & detrimentum, dictique Collegii splendoris etiam damnosum vilipendium satisfacere, & correspondere non valeat, quodque scripturæ ultra continuas litigantium, & Curialium incommoditates, quas ipsi ob diversas Notariorum prædictorum in variis, & remotis, ac ab invicem separatis Urbis partibus fitas mansiones, per ipsos Notarios habitatas, sæpe numero patiuntur in dictis Notariorum Domibus conservatæ, quandoque deperdi possint, ac etiam realiter nonnullæ non sine maximo litigantium præjudicio forsan deperditæ fuerint, proptereaque in Congregatione super præmissis à rec. mem. Alexandro Papa VII. similiter Prædecessore nostro deputata, quod attentis supra dictis narratis numerum Notariorum hujusmodi ad minorem numerum reduceretur, ipsique Notarii sic reducendi in uno, & eodem loco cohabitare, & inibi in Archivio ad id destinando, omnes, & singulas scripturas conservare tenerentur, salvis in reliquis erectionibus prædictis, licet frustrâ, & absque ullo effectu decretum fuerit.

§. 3. Nos igitur quibus cura, & sollicitudo boni publici insidet, dicti Alexandri Prædecessoris vestigiis in hoc inhereudo, non solum prædictis, verum etiam pro majori, & publica Curialium, & litigantium utilitate, ac commoditate, illorumque minori dispendio, necnon aliis rationabilibus de causis in Congregatione novissimè per Nos particulariter deputata cum dilectorum filiorum nostrorum Prodatarii, ac Vicecancellarii, & Procamerarii S. R. E. necnon trium Apostolici Palatii hujusmodi Auditorum ab eadem Rota ad effectum hujusmodi deputatorum interventu, habita, maturè discussis adducti: motu simili etiam ex voto posterioris Congregationis hujusmodi, numerum quadraginta octo officiorum Notariatuum hujusmodi, ad quatuor officia vacabilia Notariorum hujusmodi dumtaxat, reliqua quadraginta quatuor officia hujusmodi, & illorum titulos motu pari supprimentes, & annullantes perpetuò reducimus, primi videlicet per Vincetium ad Nos, & successores nostros Romanos Pontifices, Secundi verò per Carolum ad Vicecancellarium, & Tertii per Jacobum Philippum ad Camerarium S. R. E. necnon quarti officiorum hujusmodi de cætero vacaturorum per Petrum infra scriptos respectivè possessorum collationes ad dictos Auditores pro tempore existentes respectivè spectare, & pertinere declaramus, ac in dictos quatuor Notarios unum Collegium constituentes, ex voto ejusdem posterioris Congregationis Vincetium Cicellium, Carolum Bonamici, Jacobum Philippum Cæsariæ, & Petrum Francisconium dilectos filios triginta septem officia hujusmodi respectivè ad præsens obtinentes, itaut ipsi reliqua undecim officia hujusmodi per Antonium Cartonium, & Hieronymum Aloysium Rosignanum, ac Emilius Gottum, etiam dilectos filios respectivè ad præsens possessa, iusto, & competenti, & per posteriorem Congregationem hujusmodi constituendo, & benevolo pretio, habita tamen ratione qualitarum præsentium temporum, & consimilium officiorum hujusmodi hæc temporibus, & forsan non ita pridem factarum venditionum, & aliorum particularium, cum conditione, & pacto tamen omnia, & singula onera aliàs quadraginta octo Notariis hujusmodi incumbentia supportandi, à dictis Antonio & Hieronymo Aloysio, & Emilio emere, dd. verò Antonius, & Hieronymus Aloysius, ac Emilius prædicti dd. undecim officia sic suppressa vendere respectivè teneantur motu simili nominamus.

§. 4. Volumus autem, quod Antonio, & Hieronymo Aloysio, ac Emilio prædictis, aut ali-

Alexan. VII. Notariorum reductionem emittit, sed non foratur effectum.

Quam executioni mandavit hic Pont. ad 4. reducens.

Quique sint declarati, eis que officia suppressa emere jubet.

Eisque correspondentes Notarios assignat.

Suppreſſis vendere recuſantibus quid agendum ſtatuit.

Ipoſque ad conſignationem ſcripturarum ſub certis pœnis compellit.

Privilegia ad 4. Notariorum favorem conſtat.

Claufula præſervata.

Claufula ſublata.

quo illorum dicta undecim officia, ſeu illorum aliqua, ut præfertur ſuppreſſa vendere recuſantibus, ſeu recuſante, ſtatim factò depoſito pretii ut præfertur beneſi penes Sacrum Montem Pietatis Urbis in creditum illorum venditio legitime facta cenſeatur eo ipſo, & quod de cætero ipſi Antonius, & Hieronymus Aloyſius, ac Amilius Notarii tam ſcribendo, quàm in cauſis dicti Tribunalis ſe ingerendo, aut immiſcendo denominari, aut appellari nullatenus poſſint prohibemus.

§. 5. Quinimò ipſi in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ, & aliis arbitrio inſigendis pœnis, quatenus ipſi ſtatim factò depoſito pretii hujusmodi omnes, & ſingulos libros, ſcripturas, & regiſtra, cæteraque ſingula Notariorum hujusmodi officia concernentia dd. quatuor Notariis, ut præfertur nominatis reſpectivè conſignare debeant, præcipimus, & mandamus.

§. 6. Cæterum pro dd. quatuor Notariorum, dictique illorum Collegii, honoris, & dignitatis prærogativa conſervanda, ut ipſi omnibus, & ſingulis privilegiis, facultatibus, indultis, prærogativis, conſeſſionibus, gratiis, præeminentiis, & antelationibus, quibus aliàs dicti quadraginta octo Notarii ante ſuppreſſionem, & reductionem prædictas quomodolibet utebantur, fruèbantur, & potiebantur pari modo, & abſque aliqua proſus differentia frui, potiri, & gaudere poſſint, & valeant, ſupportatis tamen oneribus prædictis motu pari concedimus, & indulgemus.

§. 7. Præſentes quoque, & deſuper conſciendas litteras etiam ex eo, quod ſinguli nominati prædicti præmiſſis non conſenſerint, nec forſan ad ea omnia, & ſingula vocati, & auditi fuerint, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel alio quovis etiam quantumvis magno, & inexcogitato, & ſubſtantiali defectu, etiam ex eo quod ſuper præmiſſis ſolemnitates, & quævis alia ſervanda, & adimplenda, ſervata, & adimpleta non fuerint, aut ex alio quolibet capite à jure, vel factò, aut ſtatuto, vel conſuetudine aliqua reſultante, ſeu etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, aut quocumque alio colore etiam in corpore juris clauſo, ſeu occasione, vel cauſa quantumvis juſta, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis prædictorum ſpecialiter, ac individuè exprimenda foret, aut quod de voluntate noſtra hujusmodi, vel aliis ſuperius expreſſis, ſeu illatis nihil ullibi appareret, ſeu aliter probari poſſet, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controverſiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adverſus illas reſtitutionis in integrum, aperiſionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque Juris, facti, gratiæ, ſeu juſtitia remedium impetrari, ſeu etiam motu, & poteſtatis plenitudine ſimilibus concedi, aut ſic impetrato, aut conſeſſo, quempiam uti, ſeu juvari in judicio, & extrà poſſe, neque ipſos præſentes ſub quibusvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus pro tempore quomodolibet faciendis comprehendere, ſed ſemper ab illis exceptas, perpetuoque validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere.

§. 8. Sicque, & non aliàs per quoscumque Judices, etiam Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata &c. judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, perpetuum ſilentium ſuper licibus, & controverſiis aliàs per dictos Notarios contra quosvis alios in dicti Sacri Palatii Apoſtolicæ Auditorio, aut alio Tribunali coram quovis Judice præmiſſorum occasione quomodolibet ſuſcitatis impo-

nendo motu ſimili Apoſtolicæ auctoritate tenore præſentium decernimus, & declaramus.

§. 9. Non obſtantibus præmiſſis, & aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutionibus, & indultis, privilegiis ſupradictis Collegio, illiusque ſingularibus perſonis quomodolibet conſeſſis, nec non pia mem. Pii Papæ IV. etiam Prædeceſſoris noſtri gratias Cameram prædictam concernentes in eadem Camera regiſtrari debere, diſponen. ac noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de Jure quaſito non tollendo, aliisque Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, etiam Conciliaribus deſuper in genere, vel in ſpecie editis, etiam Motu proprio, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, & quibuſcumque etiam quantumvis efficaciſſimis clauſulis, & decretis etiam irritantibus roboratis, & aliàs in contrarium prædictorum quomodolibet conſeſſis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujusmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat motu, & poteſtatis plenitudine ſimilibus derogamus, ac derogatum eſſe volumus, & declaramus, cæteriſque contrariis quibuſcumque, cum clauſulis opportunis.

Fiat Motu proprio E.

Et quod ſingulorum officiorum hujusmodi conſeſſorum, & litterarum tenores, etiam virores habeantur pro expreſſis, ſeu toto, vel in parte exprimi poſſint in litteris, & de ipſius ſuppreſſione, reductione, annullatione, conſeſſione, voluntate, indulto, declaratione, & derogatione, aliisque præmiſſis ut ſupra, quæ hic pro ſufficienter, & ad partes repetitis habeantur, ut ſupra in litteris, & cum clauſula *Ad perpetuam rei memoriam* latiſſimè extentenda, & quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum etiam denominationes, qualitates, nuncupationes, invocationes, aliorumque neceſſariorum major, & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in litteris. Volumus autem, quod ſola præſentis motus proprii ſignatura ſufficiat, & ubique ſidem faciat in judicio, & extrà, regula contraria, D. F. cæteriſque contrariis quibuſcumque, ut ſupra non obſtantibus, ſeu ſi videbitur per Breve noſtrum, ſeu Officium de Curia expediti poſſint.

Fiat E.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Decimo Kal. Novemb. Anno Secundo.

Anno à Nativitate D. N. JESU CHRISTI 1671. Indiſtione nona, die verò 31. menſis Octobris, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. CLEMENS divina Providentia Papæ X. anno ejus ſecundo, Supradicta cedula Motus proprii Sanctiſſimi affixa, & publicata fuit ad valvas Curie, & in acie Campi Floræ, ac in aliis locis ſolitatis, & conſuetis Urbis, ut moris eſt, per me Joannem Antonium Bertarellum Apoſt. Curſ.

Joſeph Pizzardus Mag. Curſ.

Contrariis derogat.

Solem ſignaturam ſidem facere ſtatuit.

Dat. P. A. 4. die 31. Oct.